FRANCKESCHE
STIFTUNGEN

Handschriften / Autographen

Tagebuch von Heinrich Wilhelm Ludolf.

Ludolf, Heinrich Wilhelm

o.O., 13.01.1701-31.10.1711

23. März 1701

Nutzungsbedingungen
Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.
Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.
Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use
All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downladed and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.
Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.
For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-176785

Visual Library

28 Martij

Coloss. II. 12. συνηγέρθητε [τῷ Χριστῷ] διὰ τῆς πίστεως, τῆς ἐνεργείας τοῦ Θεοῦ, nallem ego vertere, Cum Christo resuscitati estis, per fidem, quæ est operatio efficax Dei, licet collocata in Dei vi fiducia, salutarem quoq habeat sensum, nam qui fiduciam suam collocat in virtute Dei, experitur non vanam esse talem fiduciam, licet ita humiliter de nobis ipsis sentire debeamus, ut talem fiduciam in corde nostro, operationem Dei gratè agnoscamus, sed quomodo operabitur Deus in illis, quæ ab eo recedere, quam illum quærere malunt, et hæc ipsa gratia ut eum quæramus nobis non obtingit, si Diaboli organa et receptacula potius frequentamus, quam domicilia Dei viventis.

vide 19 martii circa אמת

23. θ. הדריכני באמתך. Ψ. xxv. 5. Hæc Veritas, quæ et ipsa Lux est, ad Beatitudinem nos ducens, secundum שלח אורך ואמתך. est principium et finis omnium rerum, non nisi in propria sua luce cognoscitur. באורך נראה אור est fons Vitæ, sive existentiæ realis מקור חיים et justitia in qua vivificamur, non propter nostrum meritum, sed propter gloriam Dei

למען שמך תחיני בצדקתך

Egregia est observatio quod צדקה, justitia significat arab. Eleemosinam, effectus amoris, Æthiop. Veritas

id quod

Id quod jucundissimam speculationem suppeditat, quomodo ille qui ישא צדקה מאלהי ישעו. atq; in hac Justitia vere vivere incepit, talem Lucem, instar Flammæ vitalis accepit, quæ Veritatis cognitionem et Amoris exercitium operatur. Et hæc est illa Fides, per quam Christus, Sol Justitiæ, in nobis habitat, et quæ monstra Tenebrarum, atq; doli et fallaciæ plenas concupiscentias debellat.

Sed ut hanc viam discamus, atq; ut in hac via ducamur, necesse est ut vere simus humiles, secundum vers. 9. ejusd. Psal. XXV. ידרך ענוים. etc. quanquam fallax Lux nostra naturalis nos decipiat ut ipsi non perspiciamus, quam longe a vera Humilitate distemus. ταύτη ἐστιν ἡ δύναμις τοῦ σκότους καὶ τῆς ἀπάτης. Sicuti in Tenebris Fraus in Luce Veritas.

Præcedentia per Dei gratiam inspicienti patet, quam inepta sit Theologorum doctrina de Imputativa Christi Justitia, quâ Tenebrarum servituti inhærentes atq; acquiescentes, Filios Lucis censeri existimant, atq; hac ratione explicare volunt, illud: Nisi Pharisæorum Justitiâ vestra præstet, non intrabitis etc.